sapientes viros ad imperatorem Fede-
ricum miserunt pro injuria, quam
suprascriptus archiepiscopus, ejus can-
cellarius, Pisanis intulerat, et num[a]
aliquid nunciatum imperatori per
ipsum archiepiscopum, seu per ali-
um de Pisis fuisset. Quos imperator
magnifice recepit, et ad propria cum sua[b]
bona voluntate remisit. || Eodem anno,
prefati consules Topertinum[c] Dodo-
nis ad regem Majoricae[d] miserunt
pro pace facienda cum eo. Rex vero,
quia legationem illam desiderabat,
eum libenter recepit, et valde hono-
ravit, et pacem qualem petiit[a] fe-
cit. Quo Pisas redeunte per Provin-
ciam, plures naves, et ligna Janu-
ensium invenit, easque[a] cepit, et di-
mersit in mare. Et sic Pisas XVIII ka-
lendas Septembris cum laude reversus est. ||
Eodem anno Christianus predictus,
qui multa mala Tuscis intulit, ad
kalen.[e] april. usque ad medium men-
sem Octobris civitatem Antoniam[f]
cum magno militum et pedítum
exercitu et ~~quadraginta~~ XL galeis obse-
dit, in qua legatus imperatoris
Constantinopolitani, cum multa

a) que V. G.

b) e B.

c) Topertum V. G.

d) maioricam V.

a) fei add. G.

a) ea qz V. easque G. — demersit T. B.

Crist. B.

ad Kal. April. B. e) kalendas aprelis V. Kalendis Aprilis G.

Octobris T. B.

f) Antonia B.